

Missae Sanctorum

ALIQUIBUS IN LOCIS

CELEBRANDÆ.

DIE IV. DECEMBRIS.

S. Barbaræ VIRGINIS ET MARTYRIS.

MISSA. *Loquar*, de Communi, p. [34]. præter Orationem sequentem.

Oratio. Intercessio quæsumus Dómine, beátæ Bárbaræ Virginis et Mártiris tuæ, ab omni nos adversitate protégat : ut per ejus intervéntum, gloriosissimum

sacrosancti Córporis et Sánguiniis Dómini nostri Jesu Christi sacraméntum, ante diem éxitus nostri, per veram poenitentiam et puram confessionem percipere mereámur. Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commem. Feriæ.

DIE X. DECEMBRIS.

Translationis Almæ Domus B. M. U.

INTROITUS. *Terribilis*, p. [44].

Oratio. Deus, qui beátæ Mariæ Virginis domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabiliter collocásti : concéde; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatores domus sanctæ tuæ. Per eúdem Dóminum.

Et fit Commem. Feriæ, postea S. Melchiadis Papæ et Martyris. *Oratio. Infirmidatem*, p. [2].

EPÍSTOLA. *In omnibus requiem*, ut in Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, p. 509.

Graduale. *Ps. 26.* Unam pétii a Dómino, hanc requiram : ut inhábitem in domo Dómini omnibus diebus vitæ meæ. *V.* Ut videam voluptátem Dómini, et visitem templum ejus. Allelúia,

18 Dec.—**Expect. Partus B. M. U.** [117]

allelúia. *V. Ps. 83.* Beátii qui hábitant in domo tua, Dómine : in sæcula sæculórum laudábunt te. Allelúia.

EVANGELIUM. *Missus est Angelus*, ut in Festo Annuntiationis B. M. V. p. 412.

Et dicitur *Credo.*
Offertorium. *Ps. 5.* Introibo in domum tuam, adorábo ad templum sanctum tuum, et confitebor nómini tuo.

Secreta. Accipe, quæsumus Dñe, múnera in hac sacra domo dignánte obláta : et, beátæ Mariæ Virginis suffragántibus méritis, ad nostræ salutis auxilium provenire concéde. Per Dóminum.

Pro S. Melchiade. *Secreta. Hostias*, p. [4].

PRÆFATIO. *Et te in Festivitate*, p. 250.

Communio. *Prov. 8.* Beátus qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes óstii mei. Qui me invenerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

Postcommunio. Quæsumus Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munimine contulisti, intercedente beáta Maria semper Virgine, et præsens nobis remédiúm esse faciás, et futúrum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Pro S. Melchiade. *Postcommunio. Reféti*, p. [4].

DIE XVIIII. DECEMBRIS.

Expectationis Partus B. M. U.

INTROITUS. *Roride*, ut in Domin. IV. Adventus, p. 14.

ORATIONES, EPÍSTOLA, EVANGELIUM, et OFFERTORIUM ut in Festo Annuntiationis B. M. V. p. 411.

Et fit Commem. Feriæ.

Graduale. *Ps. 23.* Tóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ aternáles, et introibit Rex glóriæ. *V.* Quis ascéndet in montem Dómini, aut quis

stabit in loco sancto ejus? Innocens mánbus, et mundo corde. Allelúia, allelúia. *V. Luc. 1.* Ecce concipiet, et páriet filium Jesum Christum. Allelúia.

Et dicitur *Credo*, et Præfatio de S. Maria. *Et te in Expectatione*, p. 250.

¶ Quando hoc Festum occurrit Feriá iv. Quatuor Temporum, in fine Missæ legitur Evangelium S. Joannis. *In principio erat Verbum.*



DIE III. JANUARI. S. Genovefæ VIRG.

Introitus.



Enerémur omnes in Dómino voce, corde, nisu toto, sanctitatem Genovéfæ Virginis, de cuius commemoratione cum Angelis gaudent populi, et collaudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. *V. Glória Patri.*

Oratio. Beátæ Genovéfæ, Virginis tuæ, Dómine Deus, gloriosis méritis adjuvémur : ut ejus sacro intervéntu, corpóris et animæ sanitáte gaudentes, grátia tua cooperante salvémur. Per Dóminum.

EPÍSTOLA. Fratres : Qui gloriátur, de Comuni Virginum, p. [38].

Graduale. O pia sponsa Dei, mœstis auróra diéi, Virgo Francigena, o Virgo dulcédine plena, ad te clamántes audi, nec sperne rogántes. *V. Ps. 44.* Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propitérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ. Allelúia. allelúia. *V. Genovéfa* Virgo clemens, te precántes ádspecte, tolle pondus culpæ, preméntes hostes et clades ábitæ, ægrum corpus et cor

gemens salúbriter réscice. Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia* et *V. seq.*, dicitur *TRACTUS. Audi, p. [39].*

Temp. Paschali, omissis *Graduali*, dicitur *Allelúia, allelúia, V. Genovéfa*, ut supra. Deinde

V. Ora pro nobis miseris, sancta Virgo Genovéfa; quæ nunc in cælis gaudes miráculis innuméris, fulgens virtúte supérna. Allelúia.

EVANGELIUM. Simile erit regnum calórum decem virginitibus, de Comm. p. [33].

Offertor. Prótege nos quæsumus Dómine per mérita sanctæ Genovéfæ ab ómnibus malórum angústis; ut majestáti tuæ serviámus assidue, tandéque nobis te vidéndum et fruéndum dare velis.

Secreta. Interveniente pro nobis beáta Virgine Genovéfa, cleméntiam tuam depóscimus, omnipotens ætérne Deus, ut salútem animárum nostrárum, páriter et corpórum hæc hóstia sacrosáncta eflicácter operétur. Per Dóminum.

Communio. O Genovéfa, respice nos pietátis óculo, consors lucis angélicæ, cælesti clara título, Régis assistens vultui, nos Regi recon-

ilia; da nobis sponso pèrfrui, sponsa, sponsique filia.

Postcommunio. Cælesti pane refecti, humiliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine Jesu Christe : ut per pre-

ces et mérita beátæ Genovéfæ Virginis tuæ, véniam delictórum, sospitatem corpórum, grátiamque et glóriam ætérnam consequámur animárum. Qui vivis et regnas.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

S. Familiae Jesu, Mariæ, Joseph.

Introitus.



Prov. 23. Xsúltet gaudio pater justi, gaudeat pater tuus et mater tua, et exsúltet quæ genuit te. *Ps. 8.* Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtutum : concupiscit et defícit ánima mea in átria Dómini. *V. Glória Patri.*

Oratio. Dómine Jesu Christe, qui Mariæ et Joseph súbditus, domesticam vitam ineffabilibus virtútibus consecrásti : fac nos, utriúsque auxilio, Familiæ sanctæ tuæ exéplis instrui; et consórtium cónsequi sempiternum : Qui vivis.

Léct. Epístolæ B. Pauli Apóst. ad Colossenses, 3. *Rattres :* Indúite vos

F ergo sicut elécti Dei, sancti, et dilécti, viscera misericórdiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam : supportántes invicem, et

donántes vobismetipsis, si qui advérsus aliquem habet querélas : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritatem habéte, quod est vinculum perfectiónis. Et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno corpore : et grati estóte. Verbum Christi habéat in vobis abundanter, in omni sapientiá, docéntes, et commonéntes vosmetipsos psalmis, hymnis, et cánticis spiriutalibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias ágentes Deo et Patri pro ipsis.

Graduale. Ps. 26. Unam pétii a Dómino, hanc requiram; ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

¶ Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te.

Alleluia, alleluia. *V. Isaiæ 45.* Vere tu es Rex absconditus, Deus Israël Salvator. Alleluia.

Post Septuages. omissis *Alleluia* et *V.* seq. dicitur: *TRACTUS. Ps. 39.* Hóstiam et oblatiónem noluisti, corpus autem aptásti mihi. *V.* Holo cástum et pro peccató non postulásti: tunc dixi: Ecce vénio. *V.* In cápite libri scriptum est de me, ut faciám, Deus, voluntátem tuam.

Tempore Paschali, omissio Graduali, dicitur:

Alleluia, alleluia. *V. Ps. 8.* Beátus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. Alleluia. *V. Col. c. 3. 3.* Vita nostra est abscondita cum Christo in Deo. Alleluia.

EVANGELIUM. *Cum fa-*

ctus esset, ut in Domini infra Oct. Epiph. p. 40. Et dicitur Credo.

Offertorium. *Luc. 2.* Tu lærunt Jesum paréntes ejus in Jérusalem, ut sisterent eum Dómino.

Secreta. Placatiónis Dómine, suppliciter deprecántes: ut, per intercessiÓNem Deiparæ Virginis cum beato Joseph, familias nostras in pace et grátia tua firmiter constituas. Per Dóminum. *Præfatio de Nativ. p. 246.*

Communio. *Luc. 2.* Descéndit Jesus cum eis, et venit Nazareth, et erat súbditus illis.

Postcommunio. Quos cælestibus réficis Sacraméntis, fac, Dómine Jesu, sanctiæ Familiæ tuæ exémpia júgiter imitári: ut in hora mortis nostræ, occurrénte gloriosa Virgine Matre tua cum beato Joseph; per te in æterna tabernácula récipi mereámur: Qui vivis et regnas.

DIE XXIII. JANUARIUM

Desponsationis B. Mariæ Virginis
cum S. JOSEPH.

INTROITUS. *Salve sancta parens. p. 157.*

Oratio. Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cælestis grátie munus impertire: ut, quibus beá-

Pro Commem. S. Joseph, ubi est concessa, Oratio. *Sanctissimæ. p. 408.*

Pro S. Emerentiana Virg. et Mart. Oratio. *Indulgentiam. p. 361.*

EPISTOLA. *Dóminus possedit me. p. 371.*

Graduale. Benedicíta et venerabilis es Virgo Maria, quæ sine tactu pudóris invénta es mater Salvatóris. *V.* Virgo Dei Génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Allel., allel. *V.* Felix es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. Alleluia.

Post Septuages., omissis *Alleluia*, et *V.* seq., dicitur *TRACTUS. Gaudet Maria, p. 157.*

EVANGELIUM. *Cum esset desponsata. p. 16.*

Et dicitur *Credo.*
Offertor. Beata es Virgo Maria, quæ ómnium portásti Creatórem: genuísti qui te fecit, et in æternú permanes Virgo.

Secreta. Génitrici tui, Dómine, nobis succúrât humanitas: ut qui natus de Virgine, Matris integritátem non minuit, sed sacrávit; in Desponsatiónis ejus solénnis, nostris nos pláculis éxuens, oblatiÓNem nostram tibi faciát

accéptam, Jesus Christus Dóminus noster: Qui tecum.

Pro S. Joseph.

Secreta. Débitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitúti, suppliciter exorántes: ut, suffragiis beati Joseph, sponsi Genitricis Filii tui Jesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris; ob cujus venerándam commemoratiÓNem laudis tibi hóstias immolámus.

Pro S. Emerentiana. *Secreta. Hóstias tibi. p. 371.*

PRÆFATIO de B. M. Et te in Desponsatióne. p. 250.

Communio. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portáverunt æterni Patris Filium.

Postcommunio. Símpsimus, Dómine, celeritátis annuæ votiva sacraménta: præsta quæsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et æternæ. Per Dóminum.

Pro S. Joseph.

Postcommunio. Adésto nobis, quæsumus miséricors Deus: et, intercedénte pro nobis beato Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi.

Pro S. Emerentiana. *Postcommunio. Divini muneris. p. 371.*

DIE XI. FEBRUARII.

Apparitionis B. M. V. Immaculatae.



Introitus. *Afoc. 21.* Idi civitatem sanctam, Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo. *Ps. 44.* Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. *V. Gloria.*

Oratio. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: supplices a te quaesumus, ut ejusdem Virginis apparitionem celebrantes, salutem mentis et corporis consequamur. Per eundem Dominum.

Lectio libri Apocalypsis B. Joannis Apost. *11, 12.*

Aperitum est templum Dei in caelo: et visa est arca testamenti ejus in templo ejus; et facta sunt fulgura, et voces, et terremotus, et grandio magna. Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Et audivi vocem magnam in caelo dicentem: Nunc facta

est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi ejus.

Graduale. *Cant. 2.* Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra. *V. Ibid.* Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae.

Alleluia, alleluia. *V.* Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Alleluia.

Post Septuages. omissis *Alleluia*, et *V. seq.*, dicitur **Tractus.** *Jud. 15.* Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. *V.* Tota pulchra es, Maria, et macula originalis non est in te. *V.* Felix es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima, quae serpentis caput virgineo pede contrivisti.

Tempore Paschali.

Alleluia, alleluia. *Cant. 2.* Flores apparuerunt in terra nostra. Alleluia. *V.* Vox turturis audita est. Alleluia.

EVANGELIUM. *Missus est*, usque ad verba: *nomen ejus Jesum*, inclus. p. 412. Et dicitur *Credo*.

Offertorium. *Luc. 1.* Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Secreta. Hostia laudis, quam tibi, Domine, per merita gloriosae et Immaculae Virginis, offerimus, sit tibi in odorem suavitatis, et nobis optatam conferat corporis et

anime sanitatem. Per Dominum.

Communio. *Ps. 64.* Visitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.

Postcommunio. Quos caelesti, Domine, alimento satiasti, sublevet dextera Genitricis tuae Immaculae: ut ad aeternam patriam, ipsa adjuvante, pervenire mereamur: Qui vivis.

FERIA III. POST DOM. SEPTUAGES.

Orationis D. N. J. C.

Introitus. *Ps. 54.*

Or meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me. *Ps. 68.* Salvum me fac, Deus: quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. *V. Gloria Patri.*

Oratio. Domine Jesu Christe, qui in horto verbo et exemplo nos orare docuisti, ad temptationum pericula superanda: concede propitius; ut nos orationi semper intenti, ejus copiosum fructum consequi mereamur. Qui vis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti, Deus.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. 5.

Christus non semetipsum glorificavit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quem admodum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suae preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido, et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia: et quidem cum esset Filius Dei; dicitur ex his, quae passus est, obedientiam: et consummatus,

factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex juxta ordinem Melchisedech.

Graduale. *Ps. 87.* Repléta est malis ánima mea, et vita mea inférno appropinquávit. *V.* Estimátus sum cum descendéntibus in lacum : factus sum sicut homo sine adiutorió.

Tractus. *Ps. 68.* Exáudi me, Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua. *V.* Et ne avértas faciém tuam a púero tuo : quóniam tribulor, velóriter exáudi me. *V.* *Ps. 21.* Ne discésseris a me : quóniam tribulatio próxima est : quóniam non est qui adjuvet.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 22. d.

IN illo tempore : Egressus Jesus ibat secundum consuetudinem, in montem Olivarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis : Oráte, ne intrétis in tentationem. Et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis : et positus genibus orábat, dicens : Pater, si vis, transfer cálicem istum a me : Verúntamen non mea vo-

lúntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi Angelus de caelo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orábat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurréntis in terram. **CREDO.**

Offertorium. *Psalm. 68.* Salvum me fac, Deus : quóniam intravérunt aquae usque ad ánimam meam.

Secreta. Hujus sancti sacrificii méritis, fac nos, quæsumus Dómine, divina institutione formátos curam orationi tam effícaciter impéndere, ut Jesus Christus Filius tuus in exitu nostro vigiles nos, et a culpa solútos invéniat : Qui tecum vivit et regnat.

Praefatio de Cruce, p. 247.

Communio. *Matth. 26.* Vigilate, et oráte, ut non intrétis in tentationem : spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Postcommunio. Refécit alimónia caelésti, súpplices te rogámus, Pater omnipotens : ut per unigéniti Filii tui orationis virtútem, nos in tantis corpóris et ánimæ periculis constitúti, ad caeléstia regna secúre pervenire mereámur. Per eúndem Dóminum.

FERIA III. POST DOM. SEXAGES.

**In Commemoratione SS. Passionis
D. N. J. C.**

MISSA. *Humilidvoit,* votiva de Passione, p. [54], præter Orationem sequentem.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exemplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subire fe-

cisti : concède propitius ; ut sicut solémmem commemorationem Passiónis ejus celebrámus, ita et patiéntiae ipsius habére documénta, et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum.

Et dicitur Cruce, ac Praefatio de Cruce, p. 247.

FERIA VI. POST CINERES.

**Sacratissimæ Spineae Coronae
D. N. J. C.**

Introitus. *Cant. 3.*



Gredimini, et vidéte, filiae Sion, regem Salomónem in diadémate, qui coronávit eum mater sua, parans crucem Salvatóri suo. *Ps. 8.* Glória et honóre coronásti eum Dómine : et constitúisti eum super ópera mánuum tuárum. *V.* Glória Patri.

Oratio. Præta, quæsumus omnipotens Deus : ut qui in memoriám passionis Dómini nostri Jesu Christi, Coronám ejus spineam venerámur in terris, ab ipso glória et honóre coronári mereámur in caelis : Qui.

Et fit Commem. Ferie, et dicitur ejusdem Evangelium in fine.

Lectio libri Sapientiae.
Cant. 3. et 4.

Iesculum Salomónis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel : omnes tenéntes gládios, et ad bella doctíssimi : uniuscujusque ensis super femur suum propter timóres noctúrnos. Férculum fecit sibi rex Sálomon de lignis Libani. Columnas ejus fecit argenteas : reclinatórium áureum : ascénsum purpúreum : média caritate constrávit propter filias Jerúsalem. Egreimini et vidéte, filiae Sion, regem Salo-

mōnem in diadēmate, quo coronāvit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus. Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbārum, absque eo, quod intrinsecus latet. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis. **Graduale. Ecll. 45.** Coronā super caput ejus: expressa signo sanctitatis, glōria honoris, et opus fortitudinis. **V. Ps. 20.** Quōniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in cāpite ejus coronam de lapide pretioso. Allelūia, allelūia. **V. Is. 28.** Coronā tribulationis efflruit in coronam glōriæ, et sertum exultationis. Allelūia. **Seq. sancti Evangelii secundum Joānnem, 19.** **In** illo tempore: Apprehēdit Pilātus Jesum, et flagellāvit. Et milites plectētes coronam de spinis, imposuerunt cāpiti ejus: et veste purpūrea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant: Avere rex Judæorum: et dabant et alapas. Exiit ergo iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce addico vobis eum foras, ut cognoscātis, quia nullam invēnio in eo causam. Exiit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpūreum vestimentum. **CREDO.** **Offertorium.** Tuam coronam adorāmus, Dō-

minis in missis votivis a Pascha usque ad Pentecosten.

Allelūia, allelūia. **V. Ecll. 45.** Coronā aurea super caput ejus: expressa signo sanctitatis, glōria honoris, et opus fortitudinis. Allelūia. **V. Tibi glōria, hosānna: tibi triūphus et victōria: tibi summæ lau-**

dis, et honoris coronā. Allelūia.

A Pentecoste usque ad Septuagesimam.

Graduale. Ibid. Coronā aurea super caput ejus: expressa signo sanctitatis, glōria honoris, et opus fortitudinis. **V. Ps. 20.** Quōniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in cāpite ejus coronam de lapide pretioso. Allelūia, allelūia. **V. Is. 28.** Coronā tribulationis efflruit in coronam glōriæ, et sertum exultationis. Allelūia.

Seq. sancti Evangelii secundum Joānnem, 19.

In illo tempore: Apprehēdit Pilātus Jesum, et flagellāvit. Et milites plectētes coronam de spinis, imposuerunt cāpiti ejus: et veste purpūrea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant: Avere rex Judæorum: et dabant et alapas. Exiit ergo iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce addico vobis eum foras, ut cognoscātis, quia nullam invēnio in eo causam. Exiit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpūreum vestimentum. **CREDO.** **Offertorium.** Tuam coronam adorāmus, Dō-

mine: tuam gloriōsam recōlimus passiōnem. **Secreta.** Tuōrum militum Rex omnipotens virtutem rōbora: ut quos in hujus mortalitatis stādio unigēniti Filii tui coronā lætificet; consummāto cursu certāminis, immortalitatis bravium apprehēdant. Per eūdem Dōminum.

Præfatio de Cruce, p. 247. **Communio. Prov. 4.** Lætāre, mater nostra,

quia dabit Dōminus cāpiti tuo augmēta gratiārum, et coronā inclytā præteget te.

Postcommunio. Sūpplices te rogāmus omnipotens Deus: ut hæc sacramēta quæ sūmpsimus, per sacrosāctæ Filii tui Coronæ, cujus solēnnia recensēmus, virtutem, nobis proficiant ad medēlam. Per eūdem Dōminum nostrum.

FERIA VI. POST DOM. I. QUADRAGES.**Lanceae et Clavorum D. N. J. C.**

Introitus. Ps. 21.



Odērunt manus meas, et pedes meos: dinumerāverunt omnia ossa mea: et sicut aqua effūsus sum. **Ps. ibid.** Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. **V. Glōria Patri.**

Oratio. Deus, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi, et Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti: concede propitius; ut qui eorūdem clavōrum, et lanceæ solēnnia venerāmur in terris, de gloriōso victōriæ tuæ triūpho gratulēmur in cælis. Qui vivis.

Et fit Commem. Ferie, et legitur ejusdem Evangelium in fine.

EPISTOLA. Hec dicit Dōminus: Effūdāmus, p. [54].

GRADUALE. Improphetium, p. [54].

TRACTUS. Vere languores, p. [55].

In Missis votivis a Pascha usque ad Pentecosten.

Allelūia, allelūia. **V. Ave rex noster: tu solus nostros es miserātus errores: Patri obediens, ductus es ad crucifigendum, ut agnus mansuetus ad occisiōnem. Allelūia. V. Tibi glōria, hosānna: tibi triūphus et victōria: tibi summæ laudis, et honoris coronā. Allelūia.**

¶ Per annum usque ad Septuagesimam, omissio

Tractu cum sequentibus Versibus, dicitur Graduale *Improprium* cum suo Versu, ut supra, et postea dicitur :

Allelúia, allelúia. *V.* Ave rex noster : tu solus nostros es miserátus erróres : Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuetus ad occisiónem. Allelúia.

EVANGELIUM. *Sciens Jesus*, p. [55]. Et dicitur *Credo*.

OFFERTORIUM. *Insurrexerunt*, p. [55].

Secreta. Sanctificet nos, quesumus Dómine, hoc sanctum et immaculatum sacrificium vespertinum : quod unigéni-

tus Filius tuus in cruce obtulit pro salute mundi. Qui tecum vivit et regnat.

Præfatio de Cruce, p. 247.

Communio. Vidébunt in quem transfixerunt, cum moveréntur fundamenta terræ.

Postcommunio. Dómine Jesu Christe, qui temetipsum in cruce holocástum immaculatum et spontáneum Deo Patri obtulisti : quesumus, ut ejúsdem sacrificii oblátio veneránda indulgéntiam nobis obtineat, et glóriam sempitérnam. Qui vivis et regnas.

FERIA VI. POST DOM. II. QUADRAGES.

Sacratissimæ Sindonis D. N. J. C.

INTROITUS. *Humilitavit*, p. [54].

Oratio. Deus, qui nobis in sancta Sindone, qua corpus tuum sacratissimum e cruce depositum, a Joseph involutum fuit, passionis tuæ vestigia reliquisti : concede propitius, ut per mortem et sepulturam tuam, ad resurrectionis glóriam perducámur. Qui vivis.

Et fit Comm. Feriæ, et legitur ejúsdem Evang. in fine.

EPÍSTOLA. *Hæc dicit Dóminus Deus : Dicite filii Sion*, p. 176.

GRADUALE. *Improprium*, p. [54], omnis Allelúia, et Y. sequenti.

TRACTUS. *Vere langüores*, p. [55].

Seq. *sancti Evangelii* scóundum Marcum. 15. d.

In illo tempore : Cum jam sero esset factum, (quia erat Parasceve, quod est ante sabbatum) venit Joseph ab Arimathæa, nobilis decurio, qui et ipse erat expectans regnum Dei, et audacter introivit ad Pilátum, et petit corpus Jesu. Pilátus autem

mirabátur, si jam obiisset. Et accersito centurione, interrogávit eum, si jam mórtuus esset. Et cum cognovisset a centurione, donávit corpus Joseph. Joseph autem mercátus sindonem, et depónens eum involvit sindonem, et pósuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, et advólvit lapidem ad óstium monumenti. **CREDO.** **Offertorium.** Ingressus Aaron tabernáculum, ut holocástum offerret super altáre pro peccatis filiorum Israel, túnica linea indútus est.

Secreta. Accépta tibi, Dómine, sint hæc mú-

nera, cui pro mundi salute grata exstitit Filii tui pássio gloriósa. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de Cruce, p. 247.

Communio. *Marc. 15.* Joseph autem mercátus sindonem, et depónens eum involvit sindonem.

Postcommunio. Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris : quesumus; ut per temporalem Filii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur, vitam te nobis dedisse perpétuam confidámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

FERIA VI. POST DOM. III. QUADRAGES.

Sacrarum quinque Plagarum D. N. J. C.

MISSA. *Humilitavit*, vota de Passione, p. [54], præter Orationes sequentes.

Oratio. Deus, qui unigéniti Filii tui passione, et per quinque vúlnera ejus, sanguíne effusione, humanam naturam peccáto pérditam reparásti : tribue nobis quesumus; ut qui ab eo suscepta vúlnera venerámur in terris, ejúsdem pretiosissimi sanguinis fructum consequi mereámur in cælis. Per eúmdem.

Et fit Commem. Feriæ, et legitur ejúsdem Evangelium in fine. Et dicitur *Credo*.

Secreta. Majestáti tuæ, quesumus Dómine, accépta sint dona, in quibus ipsa Unigéniti tui vúlnera tibi offerimus, nostræ prætia libertátis. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Præfatio de Cruce, p. 247.

Postcommunio. Refécit vitálibus alimóniis, quesumus Dómine Deus noster : ut qui

velnera Dómini nostri
Jesu Christi hódie de-
vóte cólimus; hæc in

nostris córdibus impres-
sa, móribus et vita te-
neámus. Per eúndem.

FERIA VI. POST DOM. IV. QUADRAGES.

Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

MISSA, ut in Missali, p. 474.
Et fit Commem. Ferie, et dicitur ejusdem Evangelium
in fine.

DIE XVIII. MARTII. S. Gabrielis ARCH.

INTROITUS. *Benedicite*,
P. 540.

Oratio. Deus, qui in-
ter ceteros Angelos, ad
annuntiandum Incar-
nationis tuæ mysté-
rium, Gabriélem Ar-
chángelum elegisti :
concede propitius ; ut
qui festum ejus celebrá-
mus in terris, ipsius pa-
trocinium sentiámus in
cælis : Qui vivis.

Et fit Commem. Ferie,
et dicitur ejusdem Evange-
lium in fine.

Lectio Danielis Pro-
phætæ. *o. f.*

In diebus illis : Ecce
videram in visione a
principio, cito volans
tétigit me in tempore
sacrificii vespertini. Et
dócuit me, et locútus
est mihi, dixitque : Dá-
niel, nunc egréssus sum
ut docérem te, et intelli-
geres. Ab exórdio pre-
cumptuárum egréssus
est sermo : ego autem

veni, ut indicárem tibi,
quia vir desideriórum
es : tu ergo animadvérte
sermónem, et intellige
visiónem. Septuaginta
hebdómades abbreviá-
tæ sunt super pópulum
tuum, et super urbem
sanctam tuam, ut con-
summétur prævaricatio,
et finem accipiat peccá-
tum, et deleátur iniqui-
tas, et adducátur justí-
tia sempitérna, et im-
pleátur visio, et prophe-
tia, et ungátur Sanctus
sanctorum. Scito ergo,
et animadvérte : Ab exi-
tu sermónis, ut iterum
ædificétur Jérusalem,
usque ad Christum du-
cem, hebdómades se-
ptem, et hebdómades
sexaginta duæ erunt :
et rursum edificábitur
platéa, et muri in angú-
stia témporum. Et post
hebdómades sexaginta
duas occidétur Christus :
et non erit ejus pópulus,
qui eum negáturus est.

Et civitátem, et san-
ctuárium dissipábit pó-
pulus cum duce ventúro :
et finis ejus vástitas, et
post finem belli statúta
desolatio.

Graduale. *Ps. 102.* Benedi-
cíte Dóminum omnes
Angeli ejus, poténtes
virtúte, qui fácitis ver-
bum ejus. *V.* Benedic
ánima mea Dóminum,
et ómnia interióra mea
nomen sanctum ejus.

Tractus. *Luc. 1.* Ave
Maria, grátia plena :
Dóminus tecum. *V.* Benedi-
cíta tu in muliéribus :
et benedíctus fructus
ventris tui. *V.* Ecce
concipies et páries fi-
lium, et vocábis nomen
ejus Emmánuel. *V.* Spi-
ritus sanctus supervé-
niet in te, et virtus Altís-
simi obumbrábit tibi.
V. Ideóque et quod na-
scétur ex te Sanctum,
vocábitur Filius Dei.

Tempore Paschali, omis-
sis Graduali, et Tractu, di-
citur :

Allelúia, allelúia. *V.*
Ps. 103. Qui facit An-
gelos suos spiritus : et
ministros suos flammam
ignis. Allelúia. *V. Luc. 1.*
Ave Maria, grátia plea-
na, Dóminus tecum :

Benedícta tu in muliéribus.
Allelúia.

EVANGELIUM. *Missus*
est, p. 412.

Et dicitur *Credo.*

Offertorium. *Apoc. 8.*
Stetit Angelus juxta
aram templi, habens
thuribulum áureum in
manu sua : et data sunt
ei incénsa multa : et
ascéndit fumus aróma-
tum in conspéctu Dei.

Serreta. Acceptum fiat
in conspéctu tuo, Dó-
mine, nostræ servitútis
munus, et beati Archán-
geli Gabriélis orátio : ut
qui a nobis venerátur in
terris, sit apud te pro
nobis advocátus in cæ-
lis. Per Dóminum.

Communio. *Dan. 3.* Be-
nedicite ómnes Angeli
Dómini Dómino : hym-
num dicite, et super-
exaltáte eum in sæcula.

Postcommunio. Corporis
tui et Sanguinis
sumptis mysteriis, tuam,
Dómine Deus noster,
deprecámur clemén-
tiam : ut, sicut Gabriélem
nuntiánte, Incarnatió-
nem tuam cognóvimus,
ita ipso adjuvante, In-
carnatiónis ejusdem be-
neficia consequámur :
Qui vivis et regnas.



DIE V. APRILIS.

B. Julianæ Cornelionis VIRGINIS.

MISSA. *Dilexisti*, de Communi Virg. p. [38], præter Orationem sequentem.

Oratio. Deus humilium celsitudo, qui beatam Virginem Julianam ad promovendum sanctissimi Sacramenti cul-

tum mirabiliter inflammasi: tribue quaesumus; ita nos humilitatis ejus vestigia sectari in terris, ut cum ipsa sublimari mereamur in caelis. Per Dominum nostrum.

DIE XXVI. APRILIS.

B. Mariae V. de Bono Consilio.

Introitus.
Audeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ Virginis Boni Consilii Matris: de cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei, alleluia, alleluia.
Ps. 44. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui Genitricem dilecti Filii tui matrem nobis dedisti, ejusque speciosam imaginem mira apparitione clarificare dignatus es: concede quaesumus; ut ejusdem monitis jugiter inhaerentes, secundum cor tuum vivere et ad caelestem patriam feliciter pervenire valeamus. Per eundem Dominum.

EPIST. *Ego quasi vitis*, ut supra XVI Julii, p. 483.

Alleluia, alleluia.
V. *Luc. 1.* Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Alleluia. V. Per te Dei Genitrix nobis est vita perdita data, quæ de caelo suscepisti prolem, et mundo genuisti Salvatorem. Alleluia.

Si celebretur post tempus Paschale, dicitur

Grabuale. Prov. 8. Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus. V. Beatus homo qui audit me, et vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Alleluia, alleluia. V. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino. Alleluia.

Post Septuages. ommissis *Alleluia*, et V. seq. dicitur **Cractus. Prov. 8.** Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilant ad me, invenient me. V. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii. V. Ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.

Seq. **sancti Evangelii** secundum Lucam. *1. c.*
In illo tempore: Misus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Gallilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus: et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David pa-

tris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis.

Et dicitur *Credo.*

Offertorium. Recordare, Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona: et ut avertat indignationem suam a nobis, alleluia.

Secreta. Sanctifica Domine quaesumus oblata libamina: et beatæ Dei Genitricis Mariæ, Boni Consilii Matris, saluberrima intercessione, nobis salutaria fore concede. Per eundem Dominum nostrum.

Præfatio de B. M. V. *Et te in Festivitate.*

Communio. Regina mundi dignissima, Maria, Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quæ genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium, alleluia.

Postcommunio. Adjuvet nos quaesumus Domine gloriosæ tuæ Genitricis, sempæque Virginis Mariæ Matris Boni Consilii, intercessio veneranda: ut quos perpetuis cumulavit beneficiis; ea quæ agenda sunt jugiter videre faciat, et adimplenda quæ viderint convalescere. Qui vivis et regnas.

DIE IV. MAII. B. Joannis Baptistae
de la Salle CONFESSORIS.Introitus. *Marc. 10.*

Inite p̄r̄vulos
venire ad me,
et ne prohibe-
r̄er̄itis eos :
t̄alium est enim regnum
Dei. *Ps. 21.* Qui time-
tis D̄ominum laudate
eum : univ̄ersum semen
Jacob, gl̄orific̄ate eum.
V. Gl̄oria Patri.

Oratio. Deus, qui ad
salut̄arem p̄uperum
eruditiōnem, ac dandam
p̄r̄vulis scīntiam, bēatū
Jōannem Baptistam
Confessorem excitasti,
et novam per eum in
Ecclesiā familiam colle-
gisti : da eos, qūasum-
us, qui christiānam
instituunt inf̄antiam,
ej̄usdem semper exē-
plis insistere, et inter-
cessiōne proficere. Per
D̄ominum.

EPISTOLA. *Fustus cor
suum, de Comuni Doct.
ij. loco. xxxj.*

Tempore Paschali.

Allel̄ia, allel̄ia.
V. *Ps. 64.* Beatus quem
elegisti, et assumpsisti :
inhabitabit in ātris tuis.
Allel̄ia. V. *Ps. 111.*
Disp̄ersit, dedit paup̄-
ribus : justitia ejus man-
et in s̄aeculum s̄aeculi.
Allel̄ia.

Extra tempus Paschale.

Graduale. *Ps. 33.* Ve-
nite, filii, audite me :
timorem D̄ominī doce-
bo vos. V. Acc̄edite ad
eum, et illumināmini :
et faciēs vestr̄ae non con-
fundentur. Allel̄ia, alle-
l̄ia. V. *Ps. 113.* Qui
timent D̄ominum, spe-
rent in eo : adj̄utor et
prot̄ector eorū est. Al-
lel̄ia.

Post Septuages. omisit
Allel̄ia, et V. seq. dicitur

TRACTUS. *1. Jo. 2.* No-
lite diligere mundum,
neque ea qūae in mundo
sunt. Si quis diligit
mundum, non est caritas
Patris in eo. V. *Ibid.*
Omne quod est in mun-
do concupisc̄ntia car-
nis est, et concupisc̄ntia
oculorū, et super̄bia
vitae. V. *Ibid.* Et
mundus transit, et con-
cupisc̄ntia ejus ; qui
autem facit voluntatem
Dei manet in āternum.

Seq. sancti Ch̄angeli se-
c̄undum Math̄aeum. *18.*
IN illo t̄empore : Ac-
cesserunt discipuli
ad Jesum, dicentes :
Quis putas, major est in
regno caelorum? Et ad-
vocans Jesus p̄r̄vulum,
st̄atuit eum in m̄dio

eorū, et dixit : Amen
dico vobis, nisi conversi
fueritis, et efficiāmini
sicut p̄r̄vuli, non intrā-
bitis in regnum caelo-
rum. Quicumque ergo
humiliaverit se sicut
p̄r̄vulus iste, hic est
major in regno caelorum.
Et qui suscepit unum
p̄r̄vulum talem in n̄-
mine meo, me suscipit.
Offertorium. *Ps. 21.* Ti-
meat eum omne semen
Israel : quoniam non
sprevit neque despexit
deprecatiōnem paup̄-
ris.

Secreta. M̄n̄era tibi,
D̄omine, dicata sancti-
fica ; quorum ubertate

repl̄ta familia tua, in-
tercedente beato Jōanne
Baptista Confessore,
tuis eruditiōibus ; mul-
tiplicetur et donis. Per
D̄ominum.

Communio. *Matth. 5.*
Qui fecerit et docuerit,
hic magnus vocabitur in
regno caelorum.

Postcommunio. Cael̄sti
dape ref̄ecti, te s̄uppli-
ces, D̄omine, deprecā-
mur : ut beati Jōannis
Baptistae m̄ritis, boni-
tatem et disciplinam et
scīntiam hauriāmus de
plenit̄udine Filii tui D̄o-
mini nostri Jesu Christi :
Qui tecum vivit et re-
gnat.

DIE XXIV. MAII. In Festo B. Mariae
Virg. titulo Auxilium Christianorum.

MISSA. *Salve, sancta pa-
rens, p. [57].* ritu Paschali,
praeter Orationes sequentes.

Omisso Graduali cum seq.
V. dicitur *Allel̄ia, alle-
l̄ia. V. Virga Jesse, p. [57].*

Extra tempus Paschale,
MISSA. *Salve, sancta pa-
rens, p. [57].* praeter Orationes
sequentes.

Oratio. Omnipotens
et misericors Deus, qui
ad defensionem p̄puli
Christiani in beatissima
Virgine Maria perp̄-
tuum auxilium mirabi-
liter constituisti : conc̄-
de propitius ; ut tali pr̄-

sidio muniti, certantes
in vita, victoriam de
hoste maligno c̄nsequi
valeāmus in morte. Per
D̄ominum nostrum.

Secreta. Pro religiōnis
Christiānae triūmphi
h̄ostias placatiōnis tibi,
D̄omine, immolāmus ;
quae, ut nobis proficiant,
opem auxiliātrix Virgo
praestet, per quam talis
perfecta est victōria. Per
D̄ominum.

Et dicitur *Credo*, et Prae-
fatio de B. Maria. *Et te in
Festivitate, p. 250.*

Postcommunio. Adesto Dómine pópulis, qui participatióne cörperis et sánguinis tui reficúntur : ut sanctíssima tua

Genitrice auxiliánte, ab omni malo et periculo liberentur, et in omni ópere bono custodiántur. Qui vivis.

FERIA VI. POST OCT. SS. CORPORIS CHRISTI.

SS. Cordis Jesu.

Intróitus. *Cant. 3.*



Gredimini, et vidéte, filiaé Sion, regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua in die desponsatiónis ejus, et in die lætitiæ cordis ejus.

Ps. 44. Eruclávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. *V. Glória Patri*

Oratio. Fac nos, Dómine Jesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus indui, et afféctibus inflammáti: ut et imaginí bonitátis tuæ conformes, et tuæ redemptiÓnis mereámur esse participes. Qui vivis et regnas.

Léct. Epístolæ B. Pauli Apóstoli ad Ephésios. *3.*

Fratres : Mihi ómnium sanctorum mínimo data est grátia hæc, in géntibus evangelizare investigábiles divitias Christi, et illumináre omnes, quæ sit dispensatió sacraménti absconditi a sæculis in

Deo, qui ómnia creávit. Hujus rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, et in terra nominátur, ut det vobis secundum divitias glóriæ suæ, virtúte corroboráti per Spíritum ejus in interiorem hóminem : Christum habitáre per fidem in córdibus vestris in caritaté radicáti et fundáti, ut possitis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublimitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritatem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

Gravale. Matth. 21. Dicitur filiaé Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. *V. Is. 42.* Non erit tristis, neque turbuléntus : non clamábit, nec audietur vox ejus foris. Allelúia, allelúia.

V. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Allelúia.

In Missis votivis post Septuag. ut in Missali. p. 448. Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 15.

In illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manéte in dilectiÓne mea. Si præcepta mea servavéritis, manébitis in dilectiÓne mea, sicut et ego Patris mei præcepta servávi, et máneo in ejus dilectiÓne. Hæc locútus sum vobis : ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur. Hoc est præceptum meum ut diligátiis invicem, sicut dilexi vos. Majórem hæc dilectiÓnem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fecéritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos : quia servus nescit quid faciat dóminus ejus. Vos autem dixi amicos : quia ómnia quæcúmque adivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis : sed ego elégi vos, et pósui vos ut eátis, et fructum afferátis : et fructus vester máneat :

ut quodcúmque petéri-tis Patrem in nómine meo, det vobis.—Credo.

Offertorium. 1 Paral. 29. Dómine Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtulisti univérsa : et pópulum tuum vidi cum ingénti gáudio tibi offerre donária : Deus Israel, custodi hanc voluntatem cordis eórum. Allelúia.

Secreta. Illo nos igne quæsumus Dómine Spíritus sanctus inflámmet, quem Dóminus noster Jesus Christus e penetrálibus Cordis sui misit in terram, et voluit vehementer accénderi. Qui tecum... in unitate ejusdem.

Præfatio de Nativit. Domini, p. 246. Et sic dicitur etiam in Missis votivis a Dominica Trinitatis usque ad Septuages. A Septuag. vero usque ad Pentecosten, Præfatio de Cruce, p. 247.

Communio. Ps. 33. Gustáte, et vidéte, quóniam suávis est Dóminus : in ætérnum misericórdia ejus. Allelúia.

Postcommunio. Præbuit nobis Dómine Jesu divinum tua sancta fervorem : quo dulcissimi Cordis tui suavitate percépta, discámus terréna despícere, et amáre cælestia. Qui vivis et regnas.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Purissimi Cordis B. V. M. T.



Introitus. Ps. 44. *Ps. 44.*
 Inis glória
 ejus filie regis
 ab intus, in fimbriis aureis,
 circumamicta varietatibus : adducéntur
 regi virgines post eam, proxíma
 ejus afferéntur tibi. *Ps. ibid.* Eructávit
 cor meum verbum bonum : dico ego
 ópera mea regi. V. Glória Patri et
 Filio.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Virginis dignum Spiritus sancti habitáculum præparásti : concéde propitiús ; ut ejúsdem purissimi Cordis festivitatem devóta mente recoléntes, secundum Cor tuum vivere valeámus. Per Dóminum... in unitate ejúsdem.

Et fit Commem. Dominicæ occurrentis.

Lectio libri Sapientie. *Cant. 8.*

Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut inférnus æmulatio : lámpades ejus lámpades ignis atque flammárum.

Ague multæ non potuerunt exstinguere caritatem, nec flúmina óbruént illam : si dederit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despiciet eam.

Graduale. Sap. 7. Nihil inquinátum in eam incurrit : candor est lucis æternæ, et spéculum sine mácula Dei majestátis, et imágo bonitátis illius. V. *Cant. 6.* Ego dilectio meo, et dilectus meus mihi, qui páscitur inter lília. Allelúia, allelúia. V. *Luc. 1.* Magnificat ánima mea Dóminum : et exultávit spiritus meus in Deo salutári meo. Allelúia.

In Missis vot. a Septuagesimæ usque ad Pascha, omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur

Tractus. Luc. 1. Magnificat ánima mea Dóminum. V. Et exultávit spiritus meus in Deo salutári meo. V. Quia respéxit humilitatem ancillæ suæ : ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

(*T. P.*) Allelúia, allelúia. V. *Sap. 7.* Nihil inquinátum in eam incurrit : candor est lucis æternæ, et spéculum si-

ne mácula Dei majestátis, et imágo bonitátis illius. Allelúia. V. *Cant. 6.* Ego dilectio meo, et dilectus meus mihi, qui páscitur inter lília. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 2. g.

In illo tempore : Dixit mater Jesu ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebátis? nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth : et erat súbditus illis. Et mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo.

CREDO.

Offertorium. Judith. 15. Quia fecisti viriliter, et confortátum est cor tuum : ideo et manus Dómini confortávit te,

et eris benedicta in ætérnum.

Secreta. Majestáti tuæ, Dómine, Agnum immaculátum offeréntes, quæsumus : ut corda nostra ignis ille divinus accéndat, qui Cor beátæ Mariæ Virginis ineffabíliter inflammávit. Per eúmdem Dóminum.

Alia Secreta Dominicæ.

Præfatio de B. M. Et te in Festivitate, p. 250.

Communio. Cant. 2. Sub umbra illius quem desideráveram sedi, et fructus ejus dulcis gútturi meo.

Postcommunio. Divinis refecíi munéribus te, Dómine suppliciter exorámus : ut beátæ Mariæ Virginis intercessióne, cujus purissimi Cordis solémnia venerádo égimus, a præsentibus periculis liberáti, æternæ vitæ gáudia consequámur. Per Dóminum.

Alia Postcommunio Dominicæ.

In fine legitur Evangelium ejusdem Dominicæ.

DIE III. JUNII.

S. Clotildis Francorum reginæ VIDUÆ.

MISSA. *Cognóvi*, de Comuni nec Virg. nec Mart. p. 142, præter Orationes sequentes.

Oratio. Respice quæsumus Dómine ad Francórum benignus impé-

rium : et quibus per devótam sanctæ Clotildis instántiam donum fidei contulisti, íisdem per ejus intercessiónem tribue sincérum Christiá-

nae pietatis affectum. Per Dóminum.
Secreta. Exáudi Dómine pópulum sub patrocinio reginæ suæ sanctæ tibi supplicántem, regnúmque, quod tibi subjecit, perpétua protectióne custódi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Postcommunio. Auxiliéntur nobis Dómine sacraménta quæ súppsimus: et quos per beatam Clotildem ad cælestem regnum vocáre dignáti es, ejúsdem fac regni possessióne felices. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

DIE XIII. AUGUSTI.

S. Joannis Berchmans CONF. e Soc. JESU.

Antroitus. Ps. 118.



Ustodivit ánima mea testimónia tua, et diléxit ea vehementer. Ps. *ibid.* Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri, et Filio.

Oratio. Concéde quæsum famulis tuis, Dómine Deus, ejus innocéntiæ ac fidelitátis exémpia in tuo servitio sectári, quibus angélicus júvenis Joánnes astátus suæ florem consecrávit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 51.*

Confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nómini Dómini. Cum adhuc júnior es-

sem, priúsqvam oberrárem, quæsi vi sapientiam palam in oratióne mea. Ante templum postulábam pro illa, et usque in novissimis inquiram eam. Et efflóruit tamquam præcox uva: lætátum est cor meum in ea. Ambulávit pes meus iter rectum, a juventúte mea investigábam eam. Inclinávi módice aurem meam, et excépi illam. Multam invéni in me ipso sapientiam, et multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam, dabo glóriam. Consiliátus sum enim ut fácerem illam: zelátus sum bonum, et non confundar. Collucláta est ánima mea in illa, et in faciéndoeam confirmátus sum. Animam meam diréxi ad illam, et in agnitíone invéni eam. Possédi cum

ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. Vidéte óculis vestris quia módicum laborávi, et invéni mihi multam réquiem.

Graduale. Sap. 4. Consummátus in brevi explevit tépora merat. V. Plácita enim erit Deo ánima illius: propter hoc properávit educere illum de médio inquitátum. Allelúia, allelúia. V. Condémnat autem justus mórtuus vivos impios, et juvéntus celérius consummáta longam vitam injústi. Allelúia.

Post Septuages. omíssis Allelúia, et V. seq. dicitur: **Tractus.** Ps. 70. Deus, docuisti me a juventúte mea: et usque nunc pronuntiábo mirabilia tua. V. Ps. 118. Quam dúlcia fáucibus meis loquia tua, super mel ori meo! V. Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custódiám verba tua.

Temp. Pasch. loco Gradualis dicitur:

Allelúia, allelúia. V. Ps. 118. Jurávi, et státui custodire júdicia justitiæ tuæ. Allelúia. V. Ps. *ibid.* Qui tíment te, vidébunt me et lætabúntur: quia in verba tua supersperávi. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secúndum Mattheum. 19.

In illo témpore: Ecce unus accédens ad Jesum ait illi: Magister bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam aetérnam? Qui dixit ei: Quid me intérogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandáta. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium fácies: non adulterábis: non fáces furtum: non falsum testimónium dices: honóra patrem tuum et matrem tuam, et diliges próximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolésens: Omnia hæc custodivi a juventúte mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesaurum in cælo: et veni, séquere me.

In Ecclesiis Societatis Jesu dicitur *Credo*.

Offertorium. Ps. 115. O Dómine, quia ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillæ tuæ: dirupisti vincula tuæ: tibi sacrificábo hostiam laudis.

Secreta. Réspice, misericors Deus, dona quæ offerimus recolentes ánimo caritátem: qua beá-

tus Joannes, inter hæc mysteria flagrabat. Per Dñm nostrum.

Communio. *Cant. 6. 3.* Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.

DIE XVI. AUGUSTI. S. Rochi CONF.

MISSA. *Fustus*, de Comuni, p. [30], præter Orationem sequentem.

Oratio. Pópulum tuum, quæsumus Dómine, continua pietate custódi: et beati Rochi suffragántibus méritis, ab omni fac animæ et corpóris contagióne secú-

Postcommunio. Cælesti épulo refectis præstabis, quæsumus, misericors Deus: ut beati Joannis vestigia sequentes, viam mandatorum tuórum dilatato corde currámus. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

rum. Per Dñm nostrum.

Et fit Commem. Octavæ Assumpt. et S. Laurentii, ut in Missali, p. 509, et p. 505. Pluribus in locis Evang. *Homo quidam nobilis*, de Comuni Confessoris non Pontificis, p. [31]. *Credo*, et *Præfatio* de Octava Assumptiónis.

DOMINICA II. OCTOBRIS.**Maternitatis Beatæ Mariæ Virginis.**

INTROITUS. *Salve, sancta parens*, p. [57].

Oratio. Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúdem Dñm.

Et fit Commem. Domini-cæ occurrentis.

EPISTOLA. *Ego quasi vitis*, p. 483.

Graduale. *Is. 11.* Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. *V.* Et requiescet super eum Spiritus Dñi. Allelúia, allelúia. *V. Is. 7.* Ecce virgo concipiet, et páriet filium, et vocabitur nomen ejus Emmá-nuel. Allelúia.

EVANGELIUM. *¶ Cum redirent...* * p. 40.

Et dicitur *Credo*.
Offertorium. *Math. 1.* Cum esset desponsáta mater ejus Mariæ Joseph,

inventa est in útero habens de Spiritu sancto. **Secreta.** Tua, Dómine, propitióne, et beatæ Mariæ semper Virginis Unigéniti tui matris intercessióne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, et pacem. Per eúdem Dñm.

Alia *Secreta* Dominicæ. *Præfatio* de B. Maria. *Et te in Festivitate*, p. 250.

Communio. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

Postcommunio. Hæc nos commúnio Dñine purget a crimine: et intercedente beatá Virgine Dei Genitricis Maria, cælestis remédii faciat esse consórtes. Per eúdem Dñm.

Alia *Postcomm.* Domin. In fine legitur *Evangelium* ejusdem Dominicæ.

DOM. III. OCTOBR. Puritatis B. M. V.

INTROITUS. *Salve, sancta parens*, p. [57].

Oratio. Da, quæsumus omnipotens æterne Deus: ut purissimæ Virginis Mariæ integritatem virginitatem festiva celebrítate venerántes, ejus intercessióne, puritatem mentis et corpóris consequámur. Per Dñm.

Et fit Commem. Dominicæ occurrentis.

EPISTOLA. *¶ En dilectus*, ut in *Festo* Visitationis B. M. V. p. 477.

Graduale. *Cant. 2.* Sicut liliu inter spinas, sic amica mea inter filias. *V.* Diléctus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Allelúia, allelúia. *V. Cant. 6.* Quæ est ista, quæ progreditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna,

elécta ut sol, terribilis ut castrórum ácies ordináta? Allelúia.

EVANGELIUM. *Messus est...* *obvibrabit tibi*, p. 412.

Et dicitur *Credo*.

Offertorium. Post partum Virgo invioláta permansisti: Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Secreta. Unigéniti tui, Dómine, nobis succúr, ratum humanitas; ut qui natus de Virgine, Matris integritatem non minuit, sed sacrávit, in puritatis ejus solénnis nostris nos piáculis exuens, oblatiónem nostram tibi faciat acceptam Jesus Christus Dñmus noster: Qui tecum vivit et regnat.

Alia *Secreta* Dominicæ. *Præfatio* de B. Maria. *Et te in Festivitate*, p. 250.

Communio. Benedicita, et venerabilis es Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es mater Salvatoris.

Postcommunio. Sumptis, Domine, salutis nostræ subsidiis : da, quæsumus, purissimam

Virginis Mariæ patrociniis nos ubique protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus mater. Per Dóminum nostrum.

Alia Postcomm. Domin. In fine legitur Evangelium ejusdem Dominicæ.

DIE XVII. ALICUBI XXV. OCTOBRIS.

B. Margaritæ Mariæ Alacoque VIRG.

MISSA. *Dilexisti*, de Communio Virg. p. [38], præter Orationes sequentes.

Oratio. Domine Jesu Christe, qui investigabiles divitias Cordis tui beatæ Margaritæ Virginis mirabiliter revelasti : da nobis ejus méritis et imitatione; ut te in omnibus et super omnia diligentes, jugem in eodem Corde tuo mansiónem habere mereámur. Qui vivis et regnas.

Secreta. Accepta tibi sint Domine plebis tuæ múnera, et concede, ut

ignis ille divinus nos inflámmet, quo de Corde Filii tui emissio beatæ Margaritæ vehementer astuávit. Per eúndem Dóminum.

Postcommunio. Córporis et Sanguinis tui Domine Jesu sumptis mystéris : concede nobis quæsumus, beatæ Margaritæ Virgine intercedente; ut supérbis sæculi vanitatibus exútis, mansuetúdinem et humilitátem Cordis tui indútere mereámur. Qui vivis et regnas.

DIE XXIV. OCTOBR. **S. Raphaelis** ARCH.

INTROITUS. *Benedicite*, p. 540.

Oratio. Deus, qui beátum Raphaëlem Archángelum Tobie famulo tuo cómitem dedisti in via : concede nobis famulis tuis; ut ejúsdem semper protegamur custódia, et mu-

niámur auxilio. Per Dóminum.

Lectio libri *Tobie*, 12. b. **I**n diébus illis : Dixit Angelus Ráphael ad Tobiam : Etenim sacraméntum regis abscondere bonum est : ópera autem Dei reveláre et confitéri honorifi-

cum est. Bona est oratio cum jejúnio, et elemósyna magis, quam thesáuros auri recondere : quóniam elemósyna a morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccáta, et facit invenire misericórdiam et vitam ætérnam. Qui autem faciunt peccátum, et iniquitátem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritátem, et non abscondám a vobis occultum sermónem. Quando orábas cum lácrymis, et sepe reliquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepe líebas eos, ego obtuli orationem tuam Dómino : Et quia acceptus erat Deo, necesse fuit, ut tentatio probáret te. Et nunc misit me Dóminus, ut curárem te, et saream uxórem filii tui a dæmónio liberárem. Ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem, qui adstámus ante Dóminum.

Graduale. *Tob. 8.* Angelus Dómini Ráphael apprehéndit, et ligávit dæmonem. *V. Ps. 144.* Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus. Alleluia, alleluia. *V. Ps. 137.* In conspé-

ctu Angelórum psallam tibi : adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo, Dómine. Alleluia.

In Missis votivis, post Septuag., omissis *Alleluia*, et *V.* sequenti, dicitur

Tractus. *Ps. 148.* Laudáte Dóminum omnes Angeli ejus : laudáte eum omnes virtútes ejus. *V. Ps. 102.* Benedicite Dóminum omnes virtútes ejus, qui facitis voluntátem ejus.

(*T. P.*) Alleluia, alleluia. *V. Ps. 102.* Benedic ánima mea Dóminum : et omnia interiora mea nomen sanctum ejus. Alleluia. *V. Tob. 5.* Missus est Angelus Dómini sanctus Ráphael a Deo ad Tobiam, et salutávit eum, et dixit : Gáudium sit tibi semper. Alleluia.

EVANGELIUM. *Erat dies festus Judaórum...* * ut in Feria vi. Quatuor Temp. Quadrag. p. 78.

Et dicitur *Credo*.

Offertorium. *Apoc. 8.* Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum áureum in manu sua : et data sunt ei incénsa multa, et ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei.

Secreta. Hóstias tibi, Dómine, laudis offeri-

mus, suppliciter deprecātes : ut eādem, angelico pro nobis interveniente suffragio, et placātes accipias, et ad salutem nostram provenire concedas. Per Dōminum.

Communio. *Dan. 3.* Benedicite omnes Angeli Dōmini Dōminum : hymnum dicite, et su-

perexaltate eum in sæcula.

Postcommunio. Dirigere dignare, Dōmine Deus, in adiutorium nostrum, sanctum Raphaelen Archangelum : et quem tuæ majestati semper assistere credimus, tibi nostras exiguas preces benedicēdas assignet. Per Dñm.

DOMINICA II. NOVEMBRIS.

Patrocinii B. Mariæ Virginis.

MISSA. *Salve, sancta parens,* p. [57], cum Commem. Dominicæ occurrentis. Et dicitur *Credo*, et Præ-

fatio de B. Mariæ. *Et te in Festivitate*, p. 250. Et in fine Missæ legitur Evangelium Dominicæ.

DIE XXV. NOVEMBRIS,
VEL ALIA POST DIEM 15 AUGUSTI.

S. Tharsicii Acolythi, Martvris.

Introitus.



Ps. 72.
Ihi autem ad hæere Deo bonum est : pōnere in Dōmino Deo spern meam. *Ps. 134.* Quam bonus Israël Deus his qui recto sunt corde. *V.* Glōria Patri.

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus : ut sicut divina laudamus in sancti Tharsicii passioe magnalia : sic indulgētiā tuam piis ejus precibus assequamur. Per Dōminum.

EPISTOLA. *Quis nos separabit,* ut supra, p. 391.

Graduale. *Ps. 88.* Quam dilecta tabernacula tua Dōmine virtutum : concupiscit et deficit anima mea in atriā Dōmini. *V.* Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum.

Allelūia, allelūia. *Ps. 29.* Exaltabo te, Dōmine, quōniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Allelūia.

EVANGEL. *Caro mea vere est cibus,* p. 313.

Offertorium. *Sap. 3.* Justorum animæ in manu Dei sunt : visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

Secreta. Intēde, Dōmine, mūnera, quæsumus, altaris tui pro sancti Tharsicii Martyris commemoratiōne propōita : ut, sicut per hæc beata mystēria illi glōriam contulisti, nobis indulgētiā largiāris. Per Dōminum.

Communio. *Joann. 6.* Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.

Postcommunio. Sit nobis, quæsumus Dōmine, cibus sacer potusque salutāris : qui, intercedētes sancto Tharsicio Martyre tuo, et temporalem vitam mūniat, et præstet ætērnā. Per Dōminum nostrum Jesum Christum.

DIE XXVII. NOVEMBRIS. — IN FESTO

Manifestationis Immaculatæ Virginis Mariæ a Sacro Numismate.

Introitus. *Exod. 13. 9.*

Rit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos, et ut lex Dōmini semper sit in ore tuo. *Ps. 104.* Confitēmini Dōmino, et invocāte nomen ejus; annuntiāte inter gentes opera ejus. *V.* Glōria.

Oratio. Dōmine Jesu Christe, qui beatissimam Virginem Mariam Matrem tuam ab origine immaculatam innumeris miraculis clarēscere voluisti : concede; ut ejusdem patrocinium semper implorātes, gaudiā consequamur ætērna. Qui vivis.

Lectio libri *Apocalypsis* beati Joānnis Apōstoli. *Cap. 12.*

Signum magnum apparuit in celo. Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Et peperit filium masculinum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea : et raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ ut volaret in desertum in locum suum. Et misit serpens de ore suo post mulierem aquam tantam quam flumen, ut eam faceret trahi a flumine.

[148] In Commem. SS. Reliquiarum.

Et adjuvit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbit flumen, quod misit draco de ore suo.

Graduale. *Ps. 104.* Mementote mirabilem ejus, quæ fecit; prodigia ejus, et judicia oris ejus. *V.* Posuit in ea verba signorum suorum, et prodigiorum suorum in terra.

Allelúia, allelúia. *V.* *Ps. 18.* A summo cælo egressio ejus, nec est qui se abscondat a calore ejus. Allelúia.

EVANGELIUM. *Nephtia facta sunt in Cana Galilee, ut in Dominica II. post Epiphaniam. 43.*

Et dicitur *Credo.*
Offertorium. Dixit Jesus discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Secreta. Beata Virgine Maria intercedente, cuius precibus exoratus

Jesus Christus Filius tuus fecit initium signorum; da nobis, Domine Deus, sacramentum Corporis et Sanguinis ejusdem Filii tui pura mente conficere, ut æterni convivii mereamur esse participes. Per eundem Dominum.

Præfatio de B. M. V. Et te in Conceptione immaculata.

Communio. *Eccl. 36.* In nova signa et immuta mirabilia. Glorifica manum tuam et brachium dexterum. Festina tempus et memento finis et enarrent mirabilia tua.

Postcommunio. Domine Deus omnipotens, qui per Immaculatam Genitricem Filii tui omnia nos habere voluisti: da nobis tantæ Matris auxilio, præsentis temporis pericula devitare; ut vitam consequamur æternam. Per eundem.

MISSA IN COMMEMORATIONE SANCTORUM,
QUORUM CORPORA, SEU

Reliquiæ in Ecclesiis asserbantur.

Introitus.



Ultæ tribulationes justorum, et de his omnibus liberabit eos Dominus: Dominus custodit om-

nia ossa eorum: numquam ex his non conteretur. *Ps. ibid.* Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. *V.* Gloria Patri.

In Commem. SS. Reliquiarum. [149]

Oratio. Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum reliquiis mirabilia operaris: et fac nos immortalis gloriæ participes, cujus in eorum cineribus pignora veneramur. Per Dominum. **Lectio libri Sapientiæ.**

Eccl. 44.

Hi viri misericordiam sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum et gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet Ecclesia.

Graduale. *Ps. 149.* Exsultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. *V. Ps. ibid.* Cantate Domino canticum novum: laus ejus in ecclesia sancto-

rum. Allelúia, allelúia. *V. Ps. 67.* Justi epulentur, et exsultent in conspectu Dei: et delectentur in lætitia. Allelúia.

EVANGELIUM. *Descendens Jesus, p. 115.*

Offertorium. *Ps. 67.* Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, allelúia.

Secreta. Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut Sanctorum tuorum, quorum reliquias veneramus, suffragantibus meritis, hostia, quam offerimus, nostrorum sit expiatio delictorum. Per Dominum.

Communio. *Ps. 32.* Gaudete justi in Domino: rectos decet collaudare.

Postcommunio. Multiplica super nos, quesumus Domine, per hæc sancta, quesumus, misericordiam tuam: ut sicut in tuorum sollemnitate Sanctorum, quorum reliquias colimus, pio devotione lætamur; ita eorum perpetua societate, te largiente, fruamur. Per Dominum.

